

AMΦΙΚΥΠΕΛΛΟΝ ΓΑΜΙΚΟΝ,

QVOD CL. V. D.
CVNRADO RITTERSHVSIO

IC. ET PROFESSORI IN ACADE-

MIA ALTORPHIA, SPONSO, SPONSÆ-

que eius Virgini honestissimæ & pudiciss.

HELENÆ STAVDNE-

RINÆ & C.

PAVLVS NIGRINVS
NORIBERGENSIS D.D.D.



ALTORFII,

Typis Christophori Lochneri, Typo-
graphi Academici.

ANNO M. D. XCIII.

BEATVS ille, ter quater, felixque quisquis est
 Deo nouus maritus auspice
 probam piamq; coniugem
 iugalis in sacra
 vniens tori sibi
 fœdera. Splendet
 illa, gemmis lucidissimis
 præstantior longè. Vt scyphus optimo
 fabrefactus auro, & altas
 menfas coronans
 potenti
 diui est
 sub domo
 Cæsaris:
 Ita vxor
 quæ bona, quæ proba
 ære omni
 auroque
 est.

Preciosior & quæ

Omnes diuitias iugiter

Nupta viro simili axe poli sub

Sidereo superet ferè. Quis nimium

Verfibus æquis, carminis & digna efferet arte

Sacra coniugij bona talis? Adest clemente manu

Eius, quem solum & semper sanctissimus ordo

Sonat auctorem, omnigenæ dotis tenuè haud agmen:

Voluptas sincera: amor feruidus: vita pergrata:

Tum mutua tolerantia boni & mali: quæque licet

Suavis animi recreatio: Dilectio pia: (qualiter

Dulcissimus verbo dicit esse inter Ecclesiam

Et beatum se illius regem perennis amoris iura

Christus:) Iræ & læta comes pax a mari, Et inquam

Inimicitiarum arcens procul ad Stygias sedes

Segetem innumerisque bonis thalamos iugales

Concordia replens. Charitum mixta choro venusto

Alacritas, læticia, bona voluntas, bonitas mera

Adfunt, atque fauent coniugibus sorte pijs beatiori.

Hinc etiam faciunt cuncta ordine debito maritus atque

Coniux fida. Vir affectus amore generoso sobolis, coniugis & suæ

Facilem se exhibet, & tractat honore hanc merito, tegmē ad omnem
Iniuriam ferens, fidem tuens decentem, commoda fercula

Reliquaque ad vitam ratio quæ postulat, aut quibus

--Indiget vsus prouidē sufficiens: ceu gracilem

--Seruat, ornat, ope iuuat, tuetur vltimus alta vitem.

Illa verò sui diligentem laris curam habet; piæ

Prolis educans genus: nec dote quid superbiens

Sed **S**edata, **H**umilis: tum quoq; al**L**iciens m**A**lum

Co**R**coërcet ill**I**batum; obo**E**diente, tum mode**S**o

Semper parata nut**V**. **A**n dulci fruitur volup**T**ate

Talem cui thalami Deus **S**ociam fert sorte beat**A**.

Talem ego torū, hosce thalamos opto vobis nex**V**

Indissolubili firmet omnipotens **D**EVs: nec **I**D

Rūpere queat Stygia Erynnis, inimica tori: no**N**

Supremo hoc separent dissidij semina tempor**E**.

Vna fides iūgat geminos, & eos regat vn^o amo**R**.

Ducat hic fato optimo, sorte nubat illa melior **I**:

Arduumque terris assecuti nome**N**

Relinquant decore hoc claro **S**

Nomine celebri nepote **S**

Vltimos dies ad vs**Q**;

o **C**i-

a faciat

interea

vobis coniugibus

placida

Coniugij

fidereo

polo Deus

beatam

fundens quietem.

Si quid vota valent, preces

Si quod pondus habent: en falerna mera

Vos amoris ambo, gratiaque

nunc suavis ambo

plenos crateras

libatis hilares.

O vtinam fluat omne vobis

Vacuum sæculum & doloris

& ægritudinis. Ea vota libo. Sint rata vota **D**EŌ.

AD CL. V. DN. CONRADVM
RITTERSHVSIVM LV. DOCTO-
REM ETC. SPONSVM.

GRVTERI bona Posthijque Musa
Te, CONRADE, tuas canentque tedas,
Versus auspicio Catulliani,
Virgilique tuo, tuo ve Naso;
Et lusus HELENÆ venustiores,
Dadalaq; manum amulam Minervæ,
Et forma decus, & decus pudoris,
Et fratrum titulos, propaginemque
STAVDNERO patre, matre nobilem HESSA.

Non hac, Sponse, mihi vacat Thalia
Ora tradere per virum ferenda,
Ad vestros Venerem aut citare amores
Nato cum volucris, Talasioque,
Suadam, Maiugenamq;, Gratiasq;
Nec languentis opus lyra, canendo
Ad cœlum alti sono vocare versu
Manans Ausonio tibilepore
Pectus, Cecropio madensque rore,
Iurisq; ubere fertile utriusque.
Modis me Cithara, pudor, tenellis

Magna

Magna aptare vetat, caput q̄ multa
Iam sparsum niue lusibus vacare
Est nefas Veneris Cupidinisque.

Hos pangant iuuenum chori; sacra ntem,
Me votis iuuet & preci senectam,
Iesai dare barbito Melodi.

GREGORIUS BERSMANVS
ἀπὸ σπυδῆς φιλοφίλος καὶ φιλαρέτος.



EPIGRAMMA

MARQUARDI FREHERIM. F.
CONSILIARII PALATINI. V. C. AD
SCIP. GENTILEM IC. DE NVPTIIS
CONRADI RITTERSHVSII.

N^VPER erat, nostri tadas cum ardere Gruteri
Vidimus igne nouo.

En sequitur pede mox hunc Rittershusius acri,
Gaudia pacta petens.

Exemplum cape sis, Scipi. Tua vota parentis
Sic Venus ipsa iuuet.

Fors erit, ut comitem iungam ipse fauentibus
Et Remus ille meus.

(asiris;

A 3

Non

*Non volet exemplis tot cedere, credo, Melissus,
 Grandior ille licet.
 Sic decet unanimes, sic convenit hercle sodales
 Vivere sorte pari.
 Censor abi: nostrum tibi nemo uxoria pendet.
 Spes sua quemque tenet.*

SIMONIS STENII
 EPIGRAMMA IN ΝΥΠΤΙΑΣ CONRA-
 DI RITTERSHVSII SPONSI.

Νυμφίος ὡς πρῶτω γαμικὴν ἐκάλεϊ πρὸς ἑορτὴν
 Θηλυτέρων ῥαδινην τῆν χαρίτων τριάδα,
 Ἐλθέειν εὐφροσύνῃ ἀπανηνατο, καὶ δύο ἄλλας
 Αὐλαίω θαλίω τ' οἴκοι ἔπεισε μῆνειν.
 Σκυθρωπὸς γὰρ, ἔφη, ὄδε καιρὸς, μετὰς ἀνίης,
 Οὐνομάτων ὑμῶν ἄξιον εἶδέν' ἔχει.
 Ταῦτ' αἶσα κῦπρις τάχ' ἐκέλετο οἱ θέμιν αὐτῆ
 Καμιόπλω δ' ἔσπεσθ', ὡς τριάς ἄλλη ἂν ἦ.

ANTIGRAMMA,
 CONRADI RITTERSHVSII
 AD SIMONEM STENIVM.

Ἀπὶ τριῶν χαρίτων ἄλλην τριάδ', ὦ φίλε, λέξας,
 Κυπριν, καμιόπην καὶ θέμιν, εἰς τὸν ἐμὸν
 Ἐλθέσας γάμον, εὐκέρως ἐθόκεις μοι ἀριθμεῖν,
 Καὶ παιῶν ἄχαριν συζυγίην ἔλαδες.
 Καὶ περ γὰρ τὸ πρῶτον ἀνῆνατο ἡ τριάς ἐλθεῖν
 Τῶν χαρίτων, ὅποταν πένητιμον ἡμαρ ἔφυ·
 Ὑβερὸν ἡλθον ὁμοῦ τὰς λεχθεῖσαις ἐφάμι μοι·
 Ὡς γὰρ ὄδε ἡμῖν τῆς τριάδος θυάδα.

CON-

CONRADVS RITTERS-
HVSIVS DE ANTIPATHIA SVÆ
HELENÆ aduersus ranas.

NON frustra nostræ rana est tam exosa puella,
Infestum imbellis quàm tremit agna
lupum.

Garrulitas, rana quæ propria, quippe modesto
Inuisa est animo; linguaq; parca placet.
Sordibus ac cæno tantum illa deinde remota
est,

Viuere quantum in eis rana palustris
amat.

F I N I S.



CONRADVS RATTFRS
HVSIVS DE ANTIQVA SVB
HERVNDIA

NOVA SVB REGNO ANTONII
AVGVSTINI SVB
LIVIA

SVB REGNO ANTONII
AVGVSTINI SVB
LIVIA

VINCE QVANTVM IN SVB
LIVIA

F I N I S

